

Johannem Benedicto consiliarium eius et ser Johannem Baffo camerarium Crete
 5 super facto mortis ser Johannis Delphino debeant cassari et anichillari cum
 omnibus suis exemplis et sequutis et dependentibus ex eis exceptis omnibus
 attestationibus et scripturis productis et acceptis, seu que produci uel accipi pos-
 sent uel uellent in fauorem communis et dictis et deffensionibus depositis in
 scriptis per suprascriptos inculpatos dum erant carcerati et dictis testium produ-
 10 ctorum per predictos qui remaneant in statu et condicione quibus essent, si
 dicte proclamationes facte fuissent cum ordine. Et si aliqui testes forent dati in
 notis per aliquos uel aliquem predictorum qui nec fuissent accepti, debeant accipi
 si uidebitur duche Crete et eius consiliarijs uel maiori parti eorum intelligendo
 quod dicta testium accepta, uidelicet qui forent principales aut propinquui uel
 15 serui, siue sclavi uel famuli, siue uillani principalium, aut alij qui de jure non
 deberent admitti sit nullus uigor ualoris uel roboris. Et quod committatur duche
 Crete et eius consiliarijs, quod in factis predictis procedant et faciant, sicut eis
 18 uel maiori eorum parti uidebitur esse iustum seruatis que superius dicta sunt.

23

*Ανακοινοῦται ἡ ἀπόφασις περὶ ἀκυρώσεως τῆς ἀποφάσεως ὑπὲρ Νικολάου Σαγρέδου καὶ τῆς κοινό-
 τητος ὑπὸ τοῦ συμβουλίου τῶν 40, ἐπὶ τῆς ὑποθέσεως τῶν ἀριθμῶν 1, 16, 19. 1353, Δεκεμβρίου 6.

Fo 125^{to} Millesimo trecentesimo LIII, die vi Decembris.

Capta. Cum quedam sententia executionis olim lata per ser Donatum Grioni
 tunc consiliarium Crete et camerarium qui tunc erant, in fauorem communis et
 ser Nicolaum Sacreto qui tenet casale Schalaui ad afflictum a communi contra
 5 ser Marcum Gradonico et ser Michaelem Cornario de Candida, fuerit per con-
 silium de XL reuocata, reuertentibus partibus in statu primo. Et iustum sit et
 conueniens ut dictum factum expedite cognoscatur pro jure communis et specia-
 lium personarum; uadit pars quod scribatur efficaciter duche et consiliarijs Crete
 quod quam cicius esse potest examinando jura communis et specialium persona-
 10 rum debeant in dicto facto cognoscere et terminare quod cognouerint esse justum,
 dando expeditionem negotio, ita quod rationes communis discernantur a ratio-
 12 nibus specialium personarum, rescribendo nobis quicquid fecerint superinde.

24

*Ο κάτοικος Χανίων καὶ τιμαριοῦχος Μάρκος Βενιέρης τοῦ ποτὲ εὐγενοῦς Βαρθολομαίου ἀνέφερε τὰ
 ἔξης :

*Οτε τὰ Κύθηρα ἐκυριαρχοῦντο ὑπὸ εὐγενοῦς "Ἐλληνος ἐπιζήσαντος τῶν τριῶν εἰς τοὺς ὅποιους ὁ
 Αὐτοκράτωρ είχε παραχωρήσει τὴν νῆσον, συνέπεσε τυχαίως νὰ μεταβῇ εἰς τὴν νῆσον ὁ Βαρθο-
 λομαῖος Βενιέρης πατήρ του, ὁ ὅποιος συνδεθεὶς μετὰ τοῦ κυριάρχου τῆς νήσου, προῆλθεν εἰς

